

te sunt veritates a filiis hominum. quia
Vana scz falsa locuti sunt unusquisque
ad decipiendum suum proximum labia
dolosa existentes qua garzula ad oblatra-
dum et dolosi ad decipiendum et vere do-
losi sunt. quia duplici corde locuti sunt
aliud dicentes et aliud in corde retinentes
Disperdat dominus uniuersa labia
dolosa ut iudeorum que dolose et fraudu-
lenter loquuntur de christo et hereticorum et
lingua magniloqua arrogantes et extol-
lentes se ut est superborum. hypocritarum et
vanorum philosophantium **Q**ui scz philoso-
phi dixerunt lingua nostra magni-
ficabimus loquacitate se extollentes et
de potestate labiorum se iactantes dicentes.
labia nostra facundia nostra sententie
quas proferimus nostro ingenio et studio
babite sunt. doctores ex nobis ipsis ha-
bemus non aliunde quis noster do-
minus est. a quo predicta ut a domino cogno-
scamus et cui legi nos subiiciamur. qua-
si diceret. nullus **Q**uia mala predicta
faciunt dicit deus pater. **P**ropter mise-
riam tollendam quam sustinent iusti et ge-
mitum eorum nunc tempore gratie ne di-
uina tribulatione grauent apparebo in
filio meo incarnato quod ante in prioru secu-
lo non feci **P**ropterea in iesu filio meo
consolationem pauperum et poten-
ter et efficaciter agam omnia per eius
genus humanum liberando. itaque nihil ei
resistet.

Et becertissime eueniet quia. **E**loquia
domini eloquia casta sunt nulla adul-
terina falsitate corrupta. pulcra pura et ra-
ta sicut argentum examinatum purgatum
multipliciter ab omni terrena commixtione
et ideo certissima habenda sunt.

Quia talia sunt eloquia tua. **T**u domine pro cer-
to seruabis nos in presentia. et ab hostibus pro-
tegedo per gratiam et custodies nos li-
berando ab omni generatione malorum in
futurum per gratiam **T**u domine seruabis nos
Impij qui sunt absque pietate religionis
in deum et compassione in proximum in circui-

tu viciorum ambulat non pertingentes ad medi-
um virtutis et ideo nunquam ad rectam partem semi-
tam puenire. et per consequens puenire neque-
unt ad regem beatam secundum altitudinem
autem consilij tui quod est incomprehensibile mul-
tiplicasti electos tuos in virtutibus
per quas eos facis ad percipiendam beati-
tudinem tuam puenire.

Psalmus. XII. in quo de deside-
rio factorum patrum ad aduentum christi
Propheta in persona iustorum

Usquequo domine obliuisceris me pres-
sentem incarnationis differen-
do nunquid heri finaliter usquequo
sententiam filij tui tandem desiderata abscondit
a me. **Q**uadiu ponam consilia in ani-
ma mea traxeris et considerans quam uenies
quadiu hanc afflictionis et inestimabilis
anxietatis magnitudinem pauarum diuine ex-
dilatione aduentus tui **U**squequo exal-
tabitur et gloriabitur inimicus meus
diabolus super me quod totum genus humanum habeat
capuum respice mitem quem misit super eos et
exaudi me cito ne dilatione diuina to-
taliter mundo raptorum pereat domine deus
meus cui ego sum seruus et creatura. **I**llumi-
na oculos meos lumine tue solatio-
nis ne unquam obdormiam in morte mor-
talis culpe ne quam dicat insultando inimi-
cus meus. **S**ed diabolus preualui aduersus
eum. **Q**ui tribulat me. **S**ed diabolus et an-
geli eius exultabunt si motus fuero
a stabilitate fidei et a caritate tua ego autem
non in iusticia mea sed in misericordia
tua speraui ab his tribulationibus liberari
Non tantum speraui sed exultauit
cor meum leticia interiori in salutari
tuo. scz christo quem et si carnalibus oculis non
uideam. Interioribus tamen oculis fide intueor
saluatorem omnium esse venturum. et ideo can-
tabo domino mente et voce qui bona
tandem desiderata et promissa ceruicem tri-
buet mihi et psallam bonis operibus ad
laudem nominis tui altissime.